VETUS TESTAMENTUM

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh. Seite 93r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



duas decimas, arieti vni,
idest, simul arietibus duobus,
et decimam decime agnis sin-
gulis, qui sunt agni .xiiij. et
hircum pro peccato, absque holocaus-
tum sempiterno, et sacrificio, et
libamine eius. In die altero
offeres vitulos, de armento
.xij. arietes duos, agnos
anniculos immaculatos .xiiij.
sacrificiaque et labamina, sing-
ulorum, et vitulos per arietes
et agnos rite celebrabis,
et hircum pro peccato, absque holo-
causto sempiterno, sacrificioque
et labamine eius. Die tercio
offeres vitulos .xi. arietes
duos, agnos anniculos, in-
maculatos .xiiij. sacrificiaque,
et libamina singulorum per vitu-
los, et arietes, et agnos
rite celebrabis, et hircum
pro peccato, absque holocausto sem-
piterno, et sacrificio, et liba-
mine eius. Die quarto offeres
vitulos .x. arietes duos,
agnos anniculos immaculatos
.xiiij. sacrificiaque eorum, et liba-
mina singulorum per vitulos, et
arietes et agnos, rite ce-
lebrabis, et hircum pro peccato, abs-
que holocausto sempiterno, sa-
crificioque eius et libamine.
Die quinto offeres vitulos .ix.
arietes duos, agnos anniculos
immaculatos .xiiij. sacrifi-
ciaque, et libamina singulorum,
per vitulos et arietes, et ag-
nos rite celebrabis, et hircum
pro peccato absque holocausto sem-
piterno, sacrificioque eius et li-
bamine. Die sexto offeres
vitulos octo, et arietes du-
os, et agnos anniculos in-
maculatos .xiiij. sacrificiaque
et libamina singulorum per vitulos,
et arietes, et agnos rite
celebrabis, et hircum pro peccato,
absque holocausto sempiterno,
sacrificioque eius et libamine.
Die septimo offeres vitulos
vij. arietes duos, agnos
anniculos immaculatos .xiiij.
sacrificiaque, et libamina singu-
lorum, per vitulos et arietes, et
agnos rite celebrabis, et hir-
cum pro peccato absque holocausto sem-
piterno, sacrificioque eius, et
libamine. Die octavo qui
est celeberrimus, Omne opus
servile non facietis. Offeren-
tes holocaustum in odorem sua-
vissimum domino, vitulum vnum,
arietem vnum, agnos anniculos
immaculatos vij. sacrificiaque
et libamina singulorum, per vitulos
et arietes, et agnos, rite
celebrabis, et hircum pro peccato,
absque holocausto sempiterno,
sacrificioque eius et libamine.
Hec offeretis domino in sollemp-
nitatibus vestris, preter vota et
oblationes spontaneas, in holo-
causto in sacrificio in libamine
et in hostiis pacificis. Capi-
tulum Tricesimum

Narravitque moyses filiis
israel, omnia que ei dominus impera-
verat, et locutus est ad prin-
cipes tribuum filiorum israel. Iste
est sermo quem precepit dominus.
Si quis virorum votum domino
voverit, aut se constrinxerit
iuramento, non faciet irritum
verbum suum, sed omne quod promisit
implebit. Mulier si quippiam
voverit, et se constrinxerit iura-
mento, que est in domo patris